

Sect. IIII. An Deus aliqua compositione substantialem admittat.

55

tialis. In primo autem ente non potest reperi huic modi potentia, quia Deus est primus actus, seu primus actualis ens ergo est et purus actus: ergo repugnat illi admisitio tali potentiae. Consequens posterior pater ex terminorum expositione, nam id dicunt esse putum in aliqua ratione, quod non habet admisionem contraria: cum ergo potentia opponatur actu, quod est compositionem ex potentia & actu, non potest dici purus actus. Major autem propositionis fatus probata est in superioribus: Minor vero probatur, quia, dico quolibet ente habente permissionem actu & potentiae, intelligi potest aliud ens quod sit magis & prior actu, nimirum, si ab illa potentialitate deducetur: ergo quod est primus actus, oportet quod sit etiam purus actus.

IX.
Obiectio.

Dici potest, in hoc discurso aquiuocationem committit, variando a potentia receptiva ad obiectuam, & e conversuam ex eo quod Deus est primum ac necessarium ens, solum inferi potest esse purum actu, id est, non habentem permissionem potentiae obiectivae, nam tota eius efficiencia, necessaria est. Et hoc recte probatur illaratione, quia si haberet admisionem talis potentiae, illud ens esset prius, magis & necessarium, quod est purum a tali potentia, immo illud solum posset dici secundum se totum esse ens actu. Ex hoc vero non recte videtur inferri, in tali ente nullum esse compositionem ex potentia receptiva, quia vel committitur aquiuocatione, vel in antecedente sumitur, quod probandum est. Nam si dicatur, Deum esse primum actu, id est, nullam omnino receptivam potentiam in se includentem, hoc ipsum est quod probandum erat. Neque id sequitur ex eo quod Deus est primum ens necessarium, quia etiam si constaret materia & forma, posset intelligi totum illud ens secundum se totum, vel secundum vitram partem, carumque vniuersitate esse ens necessarium, & actu purum a potentia obiectiva, non vero receptiva: sicut est conuersio materia dicitur potentia pura, non ab actu erit tatu, sed a formalis.

X.
Dissoluitur

Rerpondetur non committi aquiuocationem, sed ex eo quod Deus est primum ens necessarium, & actuale, ipsiusque esse per effectum, inferi esse etiam talem actu, qui in suo effectuali esse non includat potentiam receptivam. Primum, quia nulla talis potentia, preterea substantialis, potest esse ens ex se necessarium; quod superius probatum est, tum quia est ens valde imperfectum, tum et quia est ens dependens ab actu: ergo ens constans ex tali potentia non potest esse alius purus a potentialitate effendi, neque secundum se totum, ens necessarium. Vnde summi potest secunda ratione parte alterius extremi; nam vel talis forma effectus in suo esse dependens a tali materia, & sic effectus valde imperfecta magis quam sit anima rationalis, & non magis posset esse ens necessarium, qd ipsa materia aut est independens in suo esse a materia, & sic illa effectus prior actu, & illa sola effectus per effectuam cui consequenter repugnat effectus actuam materie, eadem ratione qua id repugnat Deo, ut statim declarabimus. Tertio ex parte vniuersis seu compositionis est optimus iudicium finitum: nam talis vno & compositione non potest esse ex se necessarium, sed aliquam causam efficiere requirit, quae prior sit ente composto ex illa

vniione resultante: unde omnino repugnat tale compositione esse primum ens necessarium, & non factum. Assumptum (cetera non clara sunt) declaratur, quia illae partes non possunt habere ex se, & ex intrinseca ratione sua illam vniuem, quia cum materia sit pura potentia, non potest ex se habere hanc vim supra formam, & ideo illa, quantum est ex se, semper indigeret quanto dante seu efficiente formam in ipsa. E contrario vero forma, si talis fingatur, quia ex intrinseca necessitate sit (allegata materia, hoc ipso est) valde imperfecta, & dependens, ideoque non potest est se habere, neque esse, neque vniuem: haec non compositione omnino repugnat primo ac perfectissimo enti. Huc accedere possunt interrogationses quibus dicta Disceptatio 13. probabitur intelligentias creatas carere hac compositione; nam illa a fortiori probabunt de prima intelligentia. Et ex illo effectu evidenter concluditur principium intelligentiarum esse simplicius & prius ab hac potentialitate, quam sint ipsae intelligentiae. Et simile argumentum sumi potest ex similitudine & immaterialitate animae rationalis.

Ex aliis vero inferioribus effectibus non video possum aliquod argumentum efficaciam ad hanc veritatem confirmandam, quia in omnibus aliis haec compositione reportatur; & ideo ex eius praescientia non videtur coeludi quod in eorum causa non perpetrari, nisi fortasse per modum negationis, scilicet, quia cum haec compositione sit in his effectibus, ob eorum imperfectionem, non debet supremum eorum causa attribui. Denique, ex creatione materiae potest naturaliter non contemnenda formari, nam si primum ens constaret materia & forma, non esset actuuum per totam suam extensum, sed per formam tantum, quia materia non est actuua: ens autem quod solum est actuuum per formam, qd habet in materia, non est actuuum alterius, nisi inducendo formam in materia, vel potius educendo formam de materia: non est autem actuuum ipsius materiae. Quid patet tum inductione physica, tum etiam ratione, quia operatio est proportionata suo principio, & modus operandi modo essendi: cum ergo Deus sit effectuus totius entis, & tam materiae, quam formae, non est actuuum per formam in materia, sed per actuū purissimum, quo eminenter continet formam, & materiam.

XII.
Adiit. 12. Me
taphys. c. 6.

Aliam rationem affert Aristoteles. Ex eo enim quod Deus est aeternus, infest carere materia. Sed si intelligat de duratione aeterna quocunque modo, seu de quacunque rei incorruptibiliitate, non recte infert, nam ex illius sententia coelum est aeternum, & reuera esse posset, estq; incorruptibile nec tamen est immateriale. Si vero intelligat de aeternitate propriissime sumpta, sic fallo applicat rationem illam ad omnes intelligentias, nam illo modo perinde est dicere rem esse aeternam, ac dicere esse per se, & ab intrinseco necessariam, proutusque immutabilem in suo esse, quod proprium est Dei: ratio ergo illa ut aliquid valeat, ioli Deo applicanda est, & coincidit cum illa, qua ex eo quod Deus est suum esse per effectum, infertur carere omni potentia.

xiii

Ex his vero licet viterius colligere, Deum nul modo posse infirmare materialiter vere ac proprie. Et ratio est, quia aut effectus forma natura sua

Tom. 2.

D 4

apta